



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Vestigal diuersis respectibus dici potest iniquum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

si luxuria uti vis: ita occupatori domini sancte suadetur quòd minus male utatur domino illo, constat autem quòd minus male vitur qui uturpato dominio vitur in actibus aut operibus aliàs iustis, quam si in actibus aut operibus aut etiam omissionibus iniustis & perniciosis Reipublicæ aut particulari personæ vitur. Eadem ante ratio est de suadente & petente. Et propterea piè interpretandæ sunt petitiones tam iustitiæ quàm honestæ gratiæ quæ offerantur tyrannis: scilicet si vis, seu ex quo vis detinere & exercere hoc dominium, vitere illo iustè, vitere honestè, vitere piè, vitere ad utilitatem publicam & privatorum prout deceret dominum. Attestatur quoque hoc esse licitum communis vsus omnium qui sub tyrannis & dubiis Dominis degunt: dum absque conscientiæ scrupulo passim omnes ad tyrannos & dubios dominos recurrunt, ac si essent domini. Hoc enim signum est licitum esse hunc ad tyrannos recursum: quia alienum à ratione est, ut omnes (inter quos sunt viri probi) errent, & peccent absque remorsu conscientiæ. Attestatur etiam supradictæ piæ interpretationi intentio recurrentium ad tyrannos: constat namq; quod non intendunt ipsi petere: ut tyrannus vitatur tyrannide, ut vsurpet actum iudicii: quoniã malent ut cederet tyrannidi & iudicio: sed ex quo vsurpat sibi dominum ac iudicium, intendunt ut iustè, ut piè vitatur vsurpato dominio & vsurpato iudicio. Et quod intendunt, hoc petunt: ita quòd nec intendunt nec petunt actum vsurpatum, sed qualiter sanctam in actu vsurpato exercendo.

Vedigal diuersis respectibus dici potest iniquum.

VEDIGALIA iniqua non solum sunt quæ imponuntur à non habentibus potestatem, utpote tyrannis,

rannis,

rannis, sed quæ ex forma vel ex fine, aut ex abusu, aut ex materia constat esse iniqua. Et ex forma iniusta vectigalia sunt quæ æqualitatem proportionalem non continent, sed plus grauant minus grauandos, sicut enim communes honores æqualitate proportionali distribuendi sunt: vt digniores plus honorentur &c. ita onera communia sic distribuenda sunt vt secundum ratam à quolibet tolerantur: & propterea iniusta ex forma sunt vectigalia quæ onerant impropotionaliter: hoc est plus grauant minus grauandos. Et hæc manifestè videntur, quæ pro iis quæ vehuntur, ad vsum proprium exiguntur: quoniam radix vsus est indigentia: ita quod quanto homo magis indiget, magis vtitur, qui enim plures habet filios plus indiget, ac per hoc plus vtitur: & sic consequenter plus soluit vectigalis: ac per hoc de primo ad vltimum qui plus indiget, plus grauatur vectigalia, quod est iniquum. Gabellæ igitur pro iis quæ differuntur pro vsu proprio, iniuquæ sunt: & secundum leges ciuiles (C. de vectig. l. vniuersi.) poena capitis plectendi sunt exigentes tam pro iis, quæ deferuntur pro vsu, quam iis quæ deferuntur pro seminando, quam iis quæ deferuntur ad fiscum. Vnde huiusmodi vectigalia non tenentur homines soluere. Sunt quoque iniqua ex fine vectigalia, quæ non pro publica utilitate, sed pro bono proprio principis imponuntur. Nec obligantur subditi ad soluendum huiusmodi vectigalia: quoniam tyrannica non politica sunt huiusmodi vectigalia ex proprio fine. Sunt etiã violenta ac iniqua ex abusu vectigalia imposita ritè pro temporali necessitate, puta pro muris ciuitatis construendis, si post completa ingenia perseuerat illorum vectigalium exactio, quia princeps sic vult. Violentæ namque rapinæ sunt manifestæ: & propterea non obligant in foro conscientia. Simi-
lice

liter non obligant, si imposita sunt pro construendis muris, & tamen non applicantur ad muros construendos nisi pro forma, sed imbutantur à principe aut rectoribus. Et breuiter si non sit id pro quo imposita sunt vectig. iniqua sunt ex abusu, & si fraudes aut rapinae sunt: nec tenentur subditi soluere in foro conscientiae.

Reputantur quoque ex ciuili iure iniqua vectig. ex materia, quaecunque imponuntur super aliis quam super iis quae causa negotiationis vehuntur. C. de vectig. l. omnium. Et extenditur negotiationis nomen in proposito ad vanalitem: ita quod quae deferuntur ad vendendum, sunt materia vectig. reliqua quae pro usu suo & familiae suae deferuntur, exempta sunt à vectig. licitis. Vnde non ligant in foro conscientiae huiusmodi illicita vectig. ex materia. Iustorum autem vndique (.s. ex agente, forma, fine, usu ex materia) vectig. fraus peccatum est mortale ex suo genere: utpote nocumentum inferens reipu. & ad furti vitium spectat: ita quod peccatum mortale interuenit in hac subtractione, non ex obedientia praeccepti obligantis ad mortale, nec ex vinculo poenae appositae contra transgressores, sed ex natura debiti reipub. non soluti, quomocunque sonet statutum: quia eo ipso quod vectigal iustum est, tollit homo fraudulenter reipu. quod suum est. Nec refert an respublica per suos ministros sibi exigat, an per eos quibus ipsa vendidit: quia vectigal reipub. soluitur, cuiusque soluitur: & à reipub. tollitur quodocunque non soluitur & nihilominus iniuria fit illi qui emit, tanquam subrogato. Nec excusat fraudem à peccato mortali, quia institutores vectigalium & emptores praecognoscunt quod fiant multae fraudes absque restitutione, nisi comperiantur in facto fraudes; sicut non excusantur dispensatores

tores

438 Vestigalia iniqua.

tores rerum communitatis, aut domini aut ciuis à crimine furti, ex hoc quod communitas aut dominus aut ciuis præscit huiusmodi suos dispensatores fraudulentos esse: sicut nec Iudas excusatur à furto ex loculis, ex eo quod Dominus præcognoscebat quod fur erat. Institutio enim & venditio & emptio vestig. intelligitur secundum id quod debitum est. Et licet necesse sit vt fraudes eueniant, vix autem homini illi per quem fraus venit.

Notanda sunt plura in materia vestigalium.

Occurrunt circa vestigalia adhuc quinque notanda. Primum circa authores. Nam secundum canonica iura, extra de verb. sig. super quibusdam, declaratur illa esse pedagia, salinaria, ac guidagia interdita, que non apparent, Imperatorum, vel Regū, vel Lateran. Concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine à tēpore cuius non extat memoria introducta: ita quod quantum est ex parte authoris, quatuor numerantur legitimi authores. s. Imperatores, Reges, vniuersale concilium, & antiqua consuetudo sine memoria initii.

Et scito quod sub appellatione concilii clauditur Papa etiam solus, quia ab ipso concilio authoritatem habet. Et similiter sub appellatione Regum comprehenduntur ciuitates habentes merum & mixtum imperium, non recognoscentes superiorem aliquem in temporalibus sub quo sint: quia eadem ratio videtur de istis & regibus. Imponentes autem noua pedagia vel augentes antiqua sine legitima authoritate peccant mortaliter rapinæ crimine. Secundum circa exactores, quod exactores iniustorum vestigal. si sunt iniusta manifestè vel ex parte authoris, vel formæ, vel finis, vel materiæ, vel abusus